Luce decessum eiusdem Mariti sui, extunc Bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur, Hisce suis mutuis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Podhorodecka abrenuntiat

700 Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus

7017 Nobilis Anna Podhorodecka, Nobilitatum Ser[?] Podhorodecki, cum Nobili olim Anastasia Kruszelnicka Consorte eius legitima procreata filia, Nobilis vero Laurenty Podhorodecki Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vitioneo ad infrascripta recognoscenda consensu, Sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de Bonis Paternis et Maternis, se, in vim Dotis et expeditionis legitime concernens per manus Nobilis Ioannis Podhorodecki Fratris sui germani satisfactum est, ob quam eiusmodi satisfactionem de Bonis iisdem Paternis et Maternis in manus eiusdem suprascripti Fratris sui germani abdicat abrenuntiat et resignat, Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

Praemińska